



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

37. De postulando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

4 *Vipera coniugij.* Notatur ad hoc quod transactio super matrimonio non valet, vt per Couar. de sponsal. p. 2. c. 8. § 12. n. 2. Marpur. conf. 15. sub n. 291. vers. verum, Perez l. 1. gloss. 1. pag. 8. col. 2. vers. dubitatur etiam tit. 1. lib. 5. Ordin. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. reali, § 2. n. 65. Guttier. canon. q. lib. 1. c. 17. n. 18. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 14. n. 1. vers. 9. Bernard. Graue. ad pract. Camer. Imper. lib. 2. concl. 94. confid. 2. Franc. Molin. de ritu nups. lib. 2. differ. 9. a. n. 1. vbi n. 3. asserit cum Prod. tract. de differ. iuris Ciuile, & Canon. n. 106. de iure Ciuili; quo huius Sacramenti vis incognita erat, licita non fuisse causam matrimonialis transactionem, Cened. d. collect. 70. n. 1. in fine, vbi cum Abb. in present. n. 8. intelligit, si aliquid contra vinculum matrimonij statuatur.

5 *Apud fideles, & infideles existat.* Matrimonium igitur contrahitur etiam inter infideles, non tamen vt Sacramentum, sed vt contractus, vide Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. § 10. a. n. 2. in fine, Magdalen. in tract. de num. testum. p. 1. c. 3. n. 257. Guttier. Canon. q. lib. 1. c. 17. n. 10. Vinald. in candelabro aureo tit. de matrim. a. n. 215. Moz. de contract. tit. de matrim. c. qui possint contrahere matrimonium, n. 25. Matien. ad tit. 1. in rub. gloss. 1. n. 78. lib. 5. noua recop. Cened. d. collect. 70. n. 2. Franc. Molin. d. lib. 2. differ. 13. a. n. 7. & dicam latius ad c. gaudemus, n. 1. de diuort.

6 *Cum bis vero, &c.* Notatur ad hoc quod index potest poenam minuire ex bono & equo, vbi causa aliqua id suadeat, ac vt ipse arbitratu fuerit mitiorem infligere, Couar. lib. 2. var. c. 9. n. 8. Tiraq. de poenis temper. in presat. n. 16 & 32. Nau. in rub. de iudic. n. 99. Ioseph. Ludou. Lucen. decis. 15. n. 38. Farin. in praxi crim. p. 1. q. 1. n. 7. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 10. n. 5. late Coriolan. d. casus § 8. a. n. 16. vbi declarat Illustr. D. meus Roder. a Cunha in comm. ad c. si vir. 3. n. 1. dist. 27.

7 *Equitate seruata.* Notari solet ad hoc quod quando in aliquo casu particulari deficit lex scripta, est recurrendum ad equitatem, & sensum naturalem, de quo vide Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 1. n. 78. Gambar. de offic. & potest. legati de latere, lib. 10. ex n. 17. Mex. in tract. rassa panis, concl. 1. ex n. 95. Menoch. conf. 202. ex n. 1. Cened. d. collect. 70. n. 1. Franc. de Soula de largitione numerum, fundam. 2. n. 18. Licet autem in imponendis poenis arbitrariis sit equitas a iudicibus amplectenda, ea tamen non a capite, nec imaginaria esse debet, sed a iure regulanda, Coriolan. d. casus § 8. n. 11. pag. 70.

8 *Secundum quod personas, &c.* Notatur ad hoc quod ex qualitate personarum fit poenae mutatio, Tiraq. de nobilitat. cap. 20. num. 108. Couar. lib. 2. var. c. 9. n. 3. ad finem.

9 In gloss. Equitate, ibi, sed potest intelligere illud de equitate scripta, quae debet praeferi rigori iuris. Vide Hyppol. sing. 685. Bernard. reg. 245. Cou. in reg. possessor. p. 2. § 6. a. n. 2. Thom. de Thom. reg. 17. Tiraq. de retract. lig. § 35 gloss. 1. n. 4. Strach. de mercat. tit. quomodo procedendum in causa mercature, n. 4. Donel. com. iuris Ciuile, lib. 23. c. 2. Valasc. de iure emphy. q. 5. n. 4. Sarm. lib. 3. elect. c. 8. n. 4. ad fin. Fachin. lib. 1. contron. c. 3. & lib. 1. c. 3. Morla in emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 1. Anton. Monach. Lucen. decis. 68. n. 35 & Bononien. decis. 19. n. 1. & Florent. decis. 70. n. 31. Bertaz. in reper. l. si quis maior, n. 32. C. de transact. Rendina in promptuar. recept. sentent. tom. 1. tit. 106. n. 11. metipsum in tract. Axiom. iuris v. suff. Axiom. 15. n. 1.

10 In gloss. In humaniorem, ibi, Semper debemus promptiores esse ad absolendum quam ad condemnandum. Vide Couar. var. lib. 1. c. 1. n. 2. vers. quarto, Mex. in tract. rassa panis, concl. 1. n. 171. Ant. Monach. Florent. decis. 36.

n. 2. Card. Tufch. tom. 1. lit. A. concl. 41. n. 1. metipsum Axiom. 1. n. 9. cum seqq.



De Postulando.

TIT. XXXVII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris, Canonici, fol. 35. Ioann. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martin. Mesnart. in epitome Decretalium, fol. 42. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontificij, a pag. 121. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretalium, Barth. Carthag. in exposit. titulorum iuris Can. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. agit Alex. Trentacing. var. resol. lib. 1. tit. de postulando. De aduocatis multa congerunt Adrian. Pulna. in oratione de aduocatorum privilegiis, Tiraq. de nobilit. c. 29. a. princ. Cassan. in catalogo gloria mundi, p. 1. confid. 28. Roland. conf. 36. vol. 3. Perez l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 399. & l. 2. pag. 402. & l. 2. tit. 4. lib. 3. pag. 561. Donel. com. iuris Ciuile lib. 18. c. 3. Azeued. ad tit. 16. lib. 2. noua recop. pag. 176. Ioan. Garc. d. nobilit. gloss. 35. n. 11. cum seqq. Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 1. Sayr. in clau. Regia lib. 12. c. 12. Bobadil. in sua politica, lib. 3. c. 1. n. 56. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi forensi. tom. 2. lib. 25. c. 45. n. 661. cum seqq. Cened. ad Decretum collect. 28. De Aduocati officio tractatum edidit Lancel. Polit. tom. 3. tract. Doctor. p. 1. fol. 361. & de Aduocato, & causidico Christiano Ioan. Petrus Aloë.

S V M M A R I V M.

- 1 Aduocare non potest in foro seculari clericus in Sacris, vel in minoribus, nisi pro se, vel pro sua Ecclesia vel pro miserabilibus personis, & num. 2.
- 3 Aduocare possunt Clerici si stipendia non habeant Ecclesiastica, aut patrimonium, quo sustententur, & n. 4.
- 5 Aduocare potest Clericus coram iudice Ecclesiastico, in foro Ecclesiastico, & in Curia Romana.
- 6 Aduocare potest Clericus in foro seculari in uno negotio, quo expedito poterit aliud assumere.

CAP. Clerici. I. Ex Concil. Lateranen.

Clerici in maioribus, vel minoribus si sustentantur stipendiis Ecclesiae non possunt esse Aduocati coram seculari iudice in negotiis secularibus, nisi prolequatur propriam causam, vel suae Ecclesiae, vel pro personis miserabilibus, quae proprias causas tractare non possunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Bald. Imola, Butr. Panorm. Innoc. Hostiens. Ancharan. Henric.

Henric. Cen. collect. 19. Vin. in rationali p. mi libri iuris Pontificij, pag. 505. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 178. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. defumitur ex Concil. Lateran. sub Alex. III. cap. 12. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 28. c. 1.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. defumunt l. 58. tit. 6. p. 1. & l. 10. tit. 3. lib. 1. noua recop. & lib. 5. tit. 16. lib. 2. etiam noua recop. Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 28. § 1. vbi parens meus, Albert. Troc. de vero & perfetto clerico, lib. 2. c. 54. n. 3. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 66. lit. A. in nouiss. edit. Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 1. Cened. ad Decretal. collect. 9. a. n. 1. Donel. comm. iuris Civilis, lib. 18. c. 3. col. 8. vers. dicimus, Franc. Viuian. decis. 141. n. 4. & 5. Renat. Chopin. de sacra politica, lib. 2. tit. 7. n. 21. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 66. n. 69. & 70. & tit. 65. de aduocatis, a. n. 126. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. n. 28. & seq. Cenal. com. contra com. q. 404. n. 2. Sayr. in clau. Regia, lib. 12. c. 22. n. 1. & seqq. Padil. in summa legum penaliu, p. 2. casu § 1. casu 5. Marta de iurisdict. p. 4. casu 116. n. 14. Farinac. fragment. crimin. p. 1. verbo, clericus, n. 186. cum seqq. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 14. vers. item beneficiario, Leon. in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 4. n. 19. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 57. a. n. 22. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 2. §. n. 664. cum seqq. Paul. Bert. Lucens. in praxi crim. Regularium, tit. 4. c. 15. n. 9. Curia Philip. part. 1. §. 2. n. 16. Cardos. in praxi iudicum, verbo, clericus, n. 111 cum seqq. laté Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 27. per totum.

3 Si stipendiis Ecclesiasticis sustententur.] Ergo à contrario sensu clerici in minoribus si stipendia non habeant Ecclesiastica, possunt aduocare, vt per gloss. hic verbo, stipendiis, Jacob. de Graffis in aureis decis. p. 2. lib. 1. c. 2. n. 15. & 19. Perez l. 22. verbo, in abogato, tit. 2. lib. 1. Ordinam. Azeued. l. 1. tit. 16. l. 1. noua recop. pag. mibi 192. Salzed. d. c. 66. vers. octauo. Bellet. d. §. 27. n. 3. vers. primo.

4 Notatur etiam à contrario sensu quod clericus in sacris Ordinibus constitutus, si non habeat beneficium Ecclesiasticum, aut patrimonium, quo sustentetur, potest aduocare absque aliqua dispensatione, Host. hic n. 3. & 8. Abb. n. 4. Butr. n. 15. Redoan. de spol. Eccles. q. 8. deueniendo, a. n. 48. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. a. n. 28. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 57. a. n. 22. Leon. d. c. 4. n. 20. quia si id licet sibi pro pauperibus, & miserabilibus personis, vt illarum necessitati subueniat, multò magis erit illi licitum, & honestum, vt propriæ necessitati, & egestati consulat, nam charitas bene ordinata incipit à se ipso, l. preses, C. de seruit cum simil.

5 Coram seculari iudice.] Ergo bene poterit coram Ecclesiastico, & in foro Ecclesiastico, vt per Abb. hic n. 3. & in c. 1. n. 3. infra ne clerici vel non. & in c. cum esset, n. 2. de testam. Federic. de Senis conf. 70. n. 1. Et in Curia Rom. ybi consuetudine receptum est, vt non solum suo nomine quicquid clericus litiget, sed alieno, Vestr. in pract. lib. 3. c. 4. n. 4. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 19. n. 4. Salzed. d. c. 66. vers. 9. Fr. Emman. d. c. 1. ad fin. Bellet. d. §. 27. n. 7. vers. septimo, Stephan. Gratian. d. c. 57. n. 38.

6 In negotiis secularibus.] Ergo in vno negotio potest aduocare, quo expedito poterit aliud assumere, Archid. in c. peruenit 86. dist. Greg. Lopl. §. verbo otiosus, tit. 5. p. 3. Ang. verbo, Aduocatus, n. 9. Abb. in cap. per venerabilem, n. 6. qui filij sint. leg. Felin. in c. cum I. & A. n. 12. vers. secundo considera, de sent. & re iudic. Iafred. Lanfrand. decis. 112. incip. cleric. Rom. sing. 273. post Feder. de Senis, & Dec. Bellet. d. §. 27. num. 7.

vers. sexto, Farin. fragment. crim. part. 1. verbo, clericus, num. 192. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 66. de procurat. n. 72. Leon. d. cap. 4. numero 19. vers. fallit secundo, Fulu. Pacian. conf. 162. num. 210. & num. 216. Christoph. de Pace ad leges styli l. 6. schol. vnic. num. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici Regulares postulare non possunt sicut Monachi, nisi pro utilitate Ecclesia, vel sui Monasterij, & de precepto Abbatis.
- 2 Monachi pro Monasterio aduocare non possunt, nisi de licentia Abbatis, & exposcente Monasterij utilitate, vel paupertate, vel pro amicis Monasterij.

C A P. Ex Parte. II.

Iura quæ prohibent Monachos aduocare, intelliguntur etiam de Canonicis Regularibus, & sic non possunt etiam in negotiis Ecclesiasticis nisi utilitas monasterij cum mandato Abbatis hoc postuler. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabaz. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchoran. Hostiens. Panormit. Bald. Henric. Boich. Imola, Viuian. in rationali primi libri iur. Pontif. pag. 506. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 178. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Collige ex text. Monachos pro Monasterio aduocare non posse, nisi de licentia Abbatis, & exposcente Monasterij utilitate, c. Monachi à monasterio 16 q. 1. Abb. hic n. 2. Innoc. in c. cum I. & A. num. 1. & 2. de sent. & re iudic. Rom. sing. 283. Nauar. comment. 2. de Regul. num. 66. & comm. 1. num. 40. cum seqq. laté Sanch. in precepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 3. à princip. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 66. litera A. vers. secundo. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. num. 33. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 22. numero 4. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 57. n. 24. Cardos. in praxi iudicum, & Aduocat. verbo Regulares, n. 37. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 27. num. 4. Don. Christoph. de Pace ad l. 6. stili n. 8. Et multò magis data Monasterij paupertate, Felin. in d. cap. cum I. & A. num. 2. Abb. hic num. 1. Salzed. vbi proxime, qui referunt Abbatem Lupum Monachos suos aluisse ex lucro suæ aduocationis. Quinimo etiam pro amicis Monasterij, Innoc. d. cap. cum I. & A. & ibi Felin. num. 11. & 12. Nauar. d. comm. 2. num. 63. Sayr. d. cap. 22. num. 5. Salzed. d. vers. 2. in fin. vbi dicit. permittum esse Monacho in causis ciuilibus pro alio coram seculari postulare, dummodo Prælati sui facultas interueniat, quæ tunc concedenda est cum magna Monasterij necessitas, vel grandis eius commoditas, vel miseria alicuius, vel gratitudo ei debita, vel alia iustissima causa arbitrio Prælati indicanda, interueniat, non verò cum auaritia, vel ambitio id suaserit, Tiraq. de penis temper causa 22. n. 40. Bellet. d. §. 27. n. 5. & ita duplex conditio requiritur, ne sufficit alterutram contingere, nempe Superioris licentia, & utilitas Monasterij, Guil. Redoan. de spoliis cleric. q. 2. n. 27. Fulu. Pacian. conf. 161. n. 192. & 193. Sayr. d. c. 22. n. 5. Sanch. c. 14. numero 3. vbi n. 4. aduertit quod si altera ex his conditionibus deficiat, nec in foro seculari, nec Ecclesiastico integrum est Religiosis Aduocati, vel procuratoris munus obire, & n. 5. dicit non sat esse licentiam petita nisi obtineatur, & n. 8. quod potest hanc licentiam cedere

cedere Superior immediatus religionis, & n. 9. afferit nullo pacto sufficere, nec esse necessariam licentiam Episcopi nisi Monasterium ipsi subesset, & n. 27. probabilius reputat sufficere utilitatem indirectam Monasterij indigentis ad magnam pauperiem subleuandam, & res alienum soluendum, ut Religiofus id munus obeat.

Monachorum appellatione venire Canonicos Regulares in hac materia resolunt Ghisler. *de iudic. Regul. c. 13. n. 5.* Ludon. à Sarania *de iurisdic. Adjuncto- rum q. 12. n. 15.*

S V M M A R I V M

- 1 Clericus in quibus casibus possit esse Aduocatus, & qualiter ut ingratus possit priuari beneficio, ostenditur.
- 2 Clericus potest aduocare pro personis coniunctis in casu necessitatis.
- 3 Coniuncti nomine veniunt coniuncti coniunctione spiritali, & amici.
- 4 Miserabilis dicitur quasi miseria habilis.
- 5 Miserabilis persona quae dicatur relinquatur arbitrio iudicis.
- 6 Clericus potest domi iuris allegationes conficere, & consilium etiam in scriptis potentibus dare.
- 7 Aduocare prohibetur non prohibetur in Camera consilium.
- 8 Clericus non potest esse Aduocatus contra Ecclesiam in qua habet beneficium.
- 9 Monachus de licentia Abbatis potest esse procurator patroni, vel amici Monasterij.
- 10 Aduocatus salarius à duobus sibi inuicem in vna lite contrariis, tenetur aduocare pro illo, qui sibi prius salarium constituit.
- 11 Donatio propter ingratitudinem reuocatur.

CAP. Cùm Sacerdotis. III.

& fin.

Gregor. IX.

- 1 Sacerdos non potest aduocare nisi pro se ipso, vel Ecclesia sua, vel in necessitate, pro coniunctis, vel miserabilibus. Item clericus, qui praesumit esse Aduocatus vel procurator contra Ecclesiam à qua beneficium habet, tanquam ingratus potest priuari beneficio, praesertim si sit clericus eiusdem Ecclesiae. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Host. Anchar. Butr. Henric. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 406. Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 178.* remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2.*
- 2 Pro personis coniunctis.] Notatur ad hoc quod pro personis coniunctis in casu necessitatis potest clericus aduocare, ut per Abb. in *cap. nostra*, n. 1. vbi etiam Ioan. Andr. *de procurat. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 27. n. 6. vers. quarto*, vbi cum Abb. hic n. 4. resoluit appellatione personarum coniunctarum venire etiam coniunctos coniunctione spiritali, ut sunt canonici eiusdem Ecclesiae & Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 14. vers. item beneficiario*, vbi quaerit usque ad quem gradum coniuncti dicantur. Et quod sub his verbis intelligantur amici, Tiraq. *de poenis temper. c. 22. n. 39.* Illustr. Roder. à Cunha in *commentar. ad cap. perlatum n. 2. dist. 88.*
- 4 Aut miserabilibus] Miserabilis dicitur quasi miseria habilis, Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliae, tract. de*

provis. art. 3. gloss. ultim. num. 15. vers. ultimo miserabilis, Sigisf. Scac. *de appellat. q. 7. num. 138.* vbi etiam tenet miserabilem personam dici omnem, cuius natura mouet nos ad miserandum propter fortunae iniuriam, & quae dicatur relinquatur arbitrio iudicis, Greg. l. 48. in *gloss. magna, post med. tit. 6. p. 1.* Perez l. 13. tit. 3. lib. 2. & l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. Menoch. *de arbit. casu 66. & cons. 479. n. 5.* Cabed. *Lusit. dec. 54. n. 8. & Aresto 32. p. 1.* Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 6. n. 139.* remissive Azened. l. 9. n. 12. tit. 3. lib. 4. noua recop. Couar. *pract. c. 6. n. 3.* D. Barbosa l. 1. ff. *solutio matrim. p. 1. n. 50.* Bobadil. in *sua politica*, lib. 3. c. 14. n. 75. Alexand. Tren- taci. *var. resolut. lib. 2. tit. de citat. resolut. 2. n. 25.* Farin. in *novissim. decis. 862. n. 10.* Castil. *quotid. lib. 3. cap. 25. n. 18.* Bernard. Graue. *ad practicum Camera Imper. lib. 1. conclus. 1. consider. 1. num. 2.* Sigismund. Scacc. *d. q. 7. num. 138.*

Postulare.] Aduertas quod licet clericus non possit postulare, potest tamen domi allegationes iuris conficere, & consilium etiam in scriptis petentibus dare. Alciat. *responsio 91. num. 4.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 66. vers. sexto*, Cabed. *Lusit. decis. 214. n. 14. part. 1.* Marc. Anton. Genues. in *practicalib. Ecclesiast. q. 62. 6.* Bellet. *d. §. 27. num. 10.* Nam prohibitus aduocare non prohibetur in Camera consilium, nouissime Sanch. in *praecepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 13. n. 32.* Hortens. Caluacan. *de brachio Regio part. 6. cap. 13. num. 406.* casu quarto, Abb. in *rub. huius tit. n. 1.* Alciat. *respons. 30. n. 22. vol. 1.* Cardos. in *praxi iudicum, verbo. procurator, num. 101.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 39. à num. 4.* Bellet. *d. §. 27. num. 11.* hinc mulieres licet prohibeantur postulare, l. 1. §. *sexum*, ff. *hoc tit.* possunt tamen in Camera consilium, Tiraq. *ad lib. 1. i. commob. n. 28.*

Clericus autem, qui contra Ecclesiam, &c.] Notatur ad hoc quod clericus non potest esse Aduocatus contra Ecclesiam, in qua habet beneficium, alioquin perdit illud, Specul. *tit. de Aduocatis, §. 1. num. 16. in fine*, & 17. refert nouissime D. Ioan. Anton. Massob. Alexandrinae Eccles. Primicerius in *sua praxi habendi concursus ad vacantes Parochiales Ecclesias*, *praelud. 1. num. 34.* Bellet. *d. §. 27. num. 15.* vbi num. 22. post alios quos refert, dicit quod si litigent duae Ecclesiae in quibus clericus est beneficiatus, laudabile solum est quod talis clericus neutri Ecclesiae assistat, assumendo officium Aduocati, si autem esset Praelatus in vna Ecclesia, & in alia haberet beneficium simplex, tunc potest pro Ecclesia in qua est Praelatus contra aliam stare.

Pro extraneis.] Aduerte posse Monachum de licentia Abbatis esse procuratorem patroni, vel amici Monasterij, Innoc. in *cap. cum I. & A. de re iud. receptis*, ut per Nauar. *comment. 2. de Regularib. num. 66.* Tiraq. *de poenis temp. c. 22. n. 39.* Sayr. in *clauis Regis, lib. 12. c. 22. n. 5.*

In gloss. Contra Ecclesiam, ibi, sed si habet clericus beneficia in pluribus Ecclesiis, &c. Conducit ad illam quaestionem, vtrum Aduocatus, qui à duobus accipit quolibet anno aliquod salarium pro patrocinio praestando in causis suis, si in lite vna sint inuicem contrarij, teneatur cuilibet illorum patrocinium praestare: in qua communior opinio est teneri Aduocatum adiuvare illum, qui prius salarium sibi constituit, & alteri aduersus quam litigat suis expensis alterum Aduocatum aequè idoneum praestare, vel quantitatem salarij soluere, de quo vide Rol. *conf. 44. n. 24. vol. 2.* Alex. *conf. 118. n. 15. & 16. vol. 5.* Rebuff. *ad l. 52. ff. de verb. signific. pag. 268.* Azened. *ad l. 18. tit. 16. lib. 2. noua recop.* Carralc. in *explicat. ad aliquas leges recop. cap. 10. n. 31. & 32.*

In

In ead. gloss. ibi, & donatio propter ingratitudinem reuocatur. Dicam ad l. ult. C. de reuocac. donat. interim vide Doctores citatos à D. meo in commentar. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 4. tit. 63. in princ. n. 2.



De Procuratoribus.

TIT. XXXVIII.



VERUM hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panormitan. Dec. Butr. Anchar. Mantua, Bernard Compotell. in breuiario iuris Canonici, Guillelm. Durand. in breuiario aureo fol. Ioann. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martin. Mesnart in epitome Decretalium, fol. 38. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 126. Goffred. & Hostiens. in summa huius tituli. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretalium. Barthol. Cathag. in exposit. titulum iuris Canonici. Lancel. in instit. Canon. Canis. in summa iuris Canonici. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. Cafarel. in erotem. iur. Canon. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. vide Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 1. part. 3. sub tit. de procuratore, apud Hispanos tit. 5. part. 1. Kirichou. Viu. & alios tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 9. Donell. comment. iuris Civilis, lib. 18. c. 11. Alexand. Trentacini var. resol. lib. 2. tit. de procuratorib. Card. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 1. cum segg. Rendina in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 94. De Procuratoris substantialibus integrum tractatum edidit Ioan. de Grassis tom. 3. tract. Doctorem, part. 1. fol. 366. & de procuratoris, ac defensoris potestate in causis criminalibus, Ioan. Ant. Rubeis tom. 1. part. 1. fol. 201.

SVMMARIVM.

- 1 Procurator alterius debet habere mandatum legaliter factum.
- 2 Mandatum nisi ostendatur non auditur quis tanquam alterius procurator, etiamsi Notarius dicat se vidisse, & scripsisse.
- 3 Instrumentum produciens in iudicio tanquam procurator præsinitur, in eo procurator ut admittatur.
- 4 Instrumentum procuratorum ex remota regione allatum habens debitam, & publicam formam præsinitur à Notario confectum, & fidem facit.
- 5 Procurator cum cautione de rato admittitur ubi dubitatur de mandato.
- 6 Mandatum procuratorum per testes probari potest.
- 7 Coniuncta persone que dicantur, remissiuè.
- 8 Clericus pro alio sine mandato admittitur.

CAP. Alia. I. Greg.

PROCURATOR alterius debet habere mandatum legaliter factum subscriptum à testibus, aliter non auditur, & quicquid per eum fit non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Butr. Bald. Anchar. Mantua, Panorm. Viuiant. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 508. Alagona in compendio iuris Canonici,

pag. 179. remissiuè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. d. sumitur ex lib. 1. epist. 11. sine 13. cap. 13. registri B. Gregorij refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 19. c. 1.

Collige ex text. non audiri quem tanquam alterius procuratorem nisi mandatum ostendat. l. de pupillo, §. qui procuratorio ff. de noui operis nunt. l. si quis inficiatus, vbi Bart. ff. de positi, Tiraq. de retrali. lig. §. 1. gloss. 10. n. 90. & 91. & §. 36. gloss. n. 4. Soar. de Pace in practica fol. 10. n. 13. quia mandatum procuratorium non præsinitur, Flamin. de resen. lib. 9. q. 21. Card. Mant. de tacitis, & ambig. conuent. l. 7. tit. 4. etiam ex diuturnitate temporis per mille annos, Menoch. de præs. l. 2. q. 33. n. 14. & n. 1. n. 78. cum segg. & cons. 148. n. 34. cum segg. Mascard. de prob. concl. 1004. n. 41. Flam. d. lib. 9. q. 8. Card. Mantic. d. tit. 4. n. 13. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 55. n. 3. in 1. edit. & resol. 32. in 2. edit. Mench. frequent. q. cap. 16. n. 11. & illustrium, cap. 62. num. 7. Camill. Borrell. in summa annuum decis. tit. 66. num. 81. Et etiam si notarius dicat se vidisse, & scripsisse, Cassan. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 5. n. 5. Anil. ad c. 15. Pratorum, n. 24. vers. in tantum, Card. Mantic. d. tit. 4. n. 6.

Verutamen si quis compareat in iudicio tanquam procurator, & producat instrumentum, præsinitur in eo procurator ut admittatur, saltem verò cum cautione si dubitetur, Menoch. frequent. cap. 16. num. 3. Kirichou. tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 8. n. 45. pag. 118.

Cum mandato legaliter factum, &c. Adverte quòd instrumentum procuratorum ex remota regione allatum habens debitam & publicam formam, à Notario confectum præsinitur, & fidem facit, de quo vide Hyppol. in l. si quis ne questio, n. 138. cum segg. ff. de quest. Greg. Lop. l. 21. tit. 5. p. 3. Boer. dec. 154. d. n. 3. Menoch. de præs. lib. 2. præs. 78. n. 10. Mascard. de prob. concl. 1005. n. 19. & concl. 1092. n. 12. Soar. tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 8. n. 51. pag. 118. Vbi Viu. d. lib. 14. tit. 12. n. 72. vers. ceterum, pag. 550. & sufficit recognitio aliorum tabellionum si dubitetur, Azeued. l. 1. num. 38. tit. 21. lib. 4. noua recop. Ranchin. part. 5. concl. 384. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 12. num. 17.

In gloss. Posterioribus, ibi, hac satisfactio danda est quando de mandato dubitatur. Notatur ad hoc quòd admittitur procurator cum cautione ubi dubitatur de mandato, Ias. n. l. insurandum, quod ex conuentione, §. procurator, n. 6. ff. de iureiur. Mench. frequent. c. 16. num. 3. Kirichou. tom. 1. communium opin. lib. 2. tit. 8. n. 45. vbi n. 79. an dubitetur de mandato quando acta causæ, & iura reperiuntur penes aliquem, Hypp. sing. 170.

In ead. gloss. ibi, per testes. Ergo mandatum procuratorum per testes probari potest, Villal. b. & Vezin. d. tom. 1. communium opin. lib. 2. tit. 8. num. 43. pag. 318. Perez l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 318. Soar. de Pace in pract. initio annot. 4. num. 11. Mench. d. cap. 16. num. 6. Mascard. conclus. 1010. Cardos. in praxi iudicium, & Aduocat. verbo, procurator, num. 8. Card. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 3. num. 26.

In ead. gloss. ibi, Inter coniunctas personas. Quæ dicantur personæ coniunctæ differit Menoch. de arbit. casu 146. num. 8. Et usque ad quem gradum coniuncti dicantur, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 14. vers. item beneficiario, & quando coniuncti pro alio coniuncto sine mandato sint admittendi, vide Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 736. Vult hæc gloss. admitti clericum pro alio sine mandato, iuxta l. sed hæc, ff. hoc tit. similis gloss. ult. in fin. in cap. ult.